

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Loquacitas x cum fonte primo

Quis enim hominum sic cantus sit ut, si inter emulos loquatur, nullum uerbum eius incurrat aliquam questionem?

Difficilis res est linguam in lubrico faucium constitutam ueritatis rigide tenere mensuram cui, si incaute frena laxentur, frequenter contra se loquitur. Facilius enim culpa tacendo refugitur quam loquendo.

Salamon dicit: Ori tuo facito ostium et serram et uerbis iugum atque stateram.

Cassiodorus super Psalmum: Dixi custodiam.

Quis enim hominum sic cantus sit, ut si inter aemulos loquatur, nullum uerbum eius incurrat aliquam quaestionem?

Nunc particulatim singula uideamus.

Dixi, hoc est, apud me in corde meo, ubi sapientes ante deliberant, quam loquantur. *Custodiam uias meas*. Non dicit, a criminibus me abstinenceam, quia iam sanctus erat; sed a superfluis uerbis: quae raro potest uitare uel continens; sicut Iacobus apostolus dicit: *Linguam enim nullus hominum domare potest. Modicum quidem membrum est, sed magna exaltat.*

Difficilis quippe res est linguam in lubrico faucium constitutam, ueritatis rigidae tenere mensuram: cui si incaute frena laxentur, frequenter contra se loquitur. Facilius enim tacendo culpa refugitur, quam loquendo.

Posui ori meo custodiam, dum consistit peccator aduersum me. Figura est epexegetis, id est, explanatio dicti superioris. Dicit enim causam quomodo delinquat in lingua sua. Linguae siquidem ostium os habetur et bene illa clausa seruabitur, si eius ianua custoditur.

Salomon quippe dicit: Ori tuo facito ostium et seram et uerbis iugum atque stateram (Eccli. 28:28-29).

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 38, 2 (CCSL 97, M. Adrien ed., pp.354-5, ll.37-56).